DE DOTE,
TRACTATVS
EX VARIIS IVRIS CIVILIS INTERPRETIBVS DECERPTI.

His, quę ad dotium pertinent iura, & priuilegia enucleantur.

Auctorum nomina ſequens pagina indicabit.

Adiecto inſuper in calce operis Indice locupletiſſimo.

LVGDVNI,

APVD ANTONIVM DE HARSY.

M. D. LXXXV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

Num. 46. caxo. 6.

Num. 8.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

AVCTORVM, QVI DE DOTE SCRIPSERVNT, ELENCHVS.

Baldus Nouellus. 3

Ioannes Campezius. 272

Iacobus Buttigarius. 475

Odofredus. 480

Conſtantius Rogerius. 487

Rolandus à Valle. 539

A. Gubertus Coſtanus Toloſas. 669

Phanuccius de Phanuccijs. 698

Franc. Hotomanus. Auctor damnatus, et opus fuit ablatum 827

Pardulph' Prateius Auguſtobuconias. 845

Eorum tractatus, quo excuſi ſunt ordine, huc retulimus.

TRACTATVS NOTABILIS, SINGVLARIS, ET VTILIS, DE DOTIBVS, & dotatis mulieribus, & earum iuribus & priuilegiis.

Editus per excellentiſsimum ac celeberrimum iuris Pontificij & Cæſarei doctorem monarcham, & aduocatum conſiſtorialem, D. BALDVM DE BARTHOLINIS, de Peruſio,
Inchoatus in almo ſtudio Piſano & completus ſub anno Domini 1479.
in excelſo Gymnaſio Peruſino, cum iuſſu ſummi Pontificis ad patriam eſſet reuocatus.

PRAESENTIS operis & materiæ tractatũ diuidẽdum & ſubordinandum duxi in 12. partes. Prima pars erit, quot modis ponatur, & accipiatur, ſeu accipi poſsit ipſa dos in iure noſtro. Secunda pars circa quiditatem dotis propriori modo ſumpto, & an conſiſtat in quodã iure vniuerſali & de multis circumferentib. ad prędicta. Tertia pars, an contractus dotis ſit de iure gentium vel de iure ciuili, & an ſit contractus nominatus vel innominatus.

Quarta pars an contractus vel iudicium dotis ſit bonæfidei vel ſtricti iuris. Quinta pars, an dos ſeu dotis cauſa ſit cauſa pia & quomodo in dote capiatur cauſa pia, ſeu dici poſsit eſſe cauſam piam.

Sexta pars veniendo ad priuilegia dotis quę ſunt dotis priuilegia ante matrimonium. Septima pars quæ ſint dotis priuilegia conſtante matrimonio. Octaua pars quæ ſint dotis priuilegia ſol. matrim.

Nona pars quæ ſint dotis priuilegia circa ipſum dotis iudicium. Decima pars, an dos ſolum confeſſata habeat ſua priuilegia, & quomodo. Vndecima pars an dos putatiua habeat priuilegia. Duodecima pars, an & quando dotis priuilegia egrediãtur perſonam mulieris.

SVMMARIVM.

1 *Dos largiſsimo modo accipitur pro omni circumferentia ad ſufficientiam alicuius rei.*
2 *Dos largè accipitur pro dote eccleſiæ maximè nouiter constructæ.*
3 *Eccleſia non debet ſine dote ædificari.*
4 *Epiſcopus ſi conſecrat eccleſiam dote nondum cõſtituta, tenetur eam dotare de ſuo.*
5 *Fundans vel dotans eccleſiã quærit ſibi ius patronatus, & ſi vnus fundat, & alter dotat, ambo ſunt patroni.*
6 *Quarta non detrahitur de dote collata eccleſiæ.*
7 *Donans vel legans aliqua ſtabilia eccleſiæ pauperi, præſumitur quod ſit pro dote.*
8 *Dos data eccleſiæ in fundatione an ſit alienabilis vel præſcriptibilis.*
9 *Filiæ intranti monaſteriũ pater tenetur aſsignare congruam dotem, ſicut nubenti in ſeculo.*
10 *Monialis ſi migret ad aliud monaſterium debet cum ea tranſire ipſa dos.*
11 *Filiæ intranti monaſterium an pater teneatur aliquid aſsignare pro vita.*
12 *Dos accipitur pro matrimonio carnali & ſpirituali, vt ſuprà, nu. 8. & nu. 13. 14. 15. 16. & 19.*
17 *Dos data ſponſæ ſi reperiatur non ſecutis nuptiis habet priuilegium antelationis & tacitæ hypothecæ & interim eſt inalienabilis.*
18 *Dos putatiua videlicet pro matrimonio inualido an habeat priuilegia.*
20 *Statuto ſtãte quod filia dotata nõ ſuccedat an cõe legatum filiæ relictũ pro matrimonio futuro dicatur dos, & an dictum ſtatutũ obtineat in filia remanente vidua ſine dote, quia pater fuerat ſibi ſtipulatus dotem reddi, & maximè ſi exigeret, nu. 21.*
22 *Statuta diſponente quod omnes cauſæ compromittãtur exceptis cauſis dotium, quod ſi petatur dos legata licet nondum contractis nuptiis.*

CIrca primũ ſ. quot modis accipiatur dos in iure noſtro. † Et quidẽ dotẽ accipimus aliquando per modũ largiſsimum, videlicet pro omni cir- 1
cũferentia ad ſufficientiã alicuius rei, vel perſonæ, vt patet iuxta cõem vſum loquendi, puta ille fundus eſt bene dotatus, vel iſta domus eſt bene dotata. i. habet omnes habitudines & cõmoditates requiſitas ad fundũ vel domũ, ita accipit Iuriſc. in l. ſæpe. §. Seio. ff. de fund. inſtr. ibi cũ dotibus & reliquis colonorũ, ſic etiam dicimus, iſte iuuenis habet bonas animi dotes, vel eſt bene dotatus in virtutibus & moribus. Aliquãdo † accipimus dotẽ non ita 2
largiſsimè, nec etiã ita ſtrictè & propriè, ſed largè, vt contingit aliquando circa eccleſiã vel capellam nouiter conſtitutã vel conſtructã, tunc cũ ipſa cenſeatur ſponſa futura rectoris ibidẽ inſtituendi pro deſeruiendo ipſi eccleſiæ vel capellæ, vt habet in c. ij. de tranſl. prælat. hinc eſt qđ eſt opus tali eccleſiæ & ſic ſponſæ futuræ dotẽ conſtitui, alias non † põt 3
nec debet ædificari [a] vel fundari, nec cõſecrari do- a
te prius ſibi nõ conſtituta. vt habet de conſe. diſt. j. c. cũ ſit. de cõſec. eccl. vel altaris. & in auth. vt nullus fabricet oratorij domũ. §. j. Et ſic fundans eccleſiam à principio eam nõ dotauit, põt poſtea compelli, vt eam dotet. & dotẽ ſibi conſtituat tanquã ſponſæ futuræ vt eſt expreſſum in d. c. cum ſit. & quæ dicatur congrua dos ſibi conſtituenda not. ibid. per doct. Imo ſi ipſe fundans vel ædificãs ſit impotens ad dotandũ, non debet epiſcopus eam conſecrare, † alias
conſecrando tenetur ipſe de ſuo dotare, vt no. ha- 4
betur in d. c. cum ſit. Ex † qua dotatione acquiritur
iuſpatronatus ipſi dotanti. ſ. in præſentando recto- 5

SERIES CHARTARVM IN HOSCE DE DOTE TRACTATVS CONTENTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz. AA BB CC.

Omnes ſunt terna, dempta CC, quaterna.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA